

**H**ic liber intitulatur de nugis curialium et vestigijs phoz. cuius Johannes Palesteriensis Carnotensis episcopus fuit actor.

**D**e quo quidem actore in cronias patris B. Guidonis de anno domini 1150. vel circa tempore sancte domini alexandri papae iij. ita scriptum reperitur. Johannes Carnotensis episcopus tam sapientia quam animi strenuitate famosus ab hac vita recedit. Hic scilicet fuit sancti thome martiris Cantuariensis archiepiscopi cuius vitam et passionem descripsit. Percipit etiam librum quem intitulauit de nugis curialium et phoz vestigijs in quo de diuinis ethicalibus scripturis affata testimonia congregat. Satis innotuit quod fuerit ipse sapientia affluens et venustus eloquio. Quod doctrina perditus.

**U**nde scribit quodammodo de dicto iohanne huiusmodi Johannes de Salesteriensis vir altissimi consilij et prudentie approbatus scripsit ad dominum thoma virum sui episcopi prudentissimum hereticum secundi regis anglicum cancellarium hunc librum in octo paruis libris distinctum cui pollicentur nomen est de nugis curialium et phoz vestigijs eloquio sapientia et venusto. In quo ut ait magister petrus blesensis optima forma eruditiois est et propter artificiale sententiarum varietatem inestimabilis materia voluptatis. Edidit etiam insigni et eleganti metro archidiaconum quod principum tenarum interpretari possit.

Conscripsit etiam vitam et passionem triumphalem iam notati sancti thome post cancellarium cantuariensis archiepiscopi qui in diebus suis solus se pro iusticia dei et ecclesie libertate mutuum opposuit cui quo dicitur iohannes et bonorum temporalium suorum

rapinam et exilium longum ut fidelis ante patris filius passus est. Hinc petrus blesensis in epistola ad eum consolatoria manu et oculum scissimi archiepiscopi eum appellat. Cum autem placuit domino saluatoris labores vicia propugnatoris sui morte pensare victoriosa. dum pius thomas ab ipso milite cedetur in sacro capite. iohannis huiusmodi bzachium fere similitudinem passus est. De eius solidatione cum medicus fere per annum desperaret. nocte quadam assistit dicto filio suo martire venerabilis. et apprehendens bzachium madidam paniculi cetera lincii. inuoluit dicens. vade sanus et cetera. Post aliquot tempora dicitur iohannes deo vocatus in nobili urbe carnatesium pontifex factus est. ubi dicitur voca sue vocem virtutis et actione lingua pueniens post verberes maniculos christi illatos heredes obiit anno christiane salutis millesimo centesimo et octogesimo.

**P**etrus blesensis in epistola quadam ad eum iam carnatesem episcopum opus suum de scissimi mentis passione triumphali ita commendat. De mandato domini mei scribere triumphum scissimum thome martiris non attenta esse nisi aliud scriptum fortuitus obtulisset euentus. quod elegantia stili et ingenium magistri iohannis salesteriensis exprimebat et lingua. Admirans ergo gratiam quam diffusa est in labiis tuis substiti ne laudes quas lingua erudita dictauerat indoctis humane sapientie verbis et stilo regneri deturpare et iniurius fieri martiri quam per insufficientiam iudis ingenij tante magnificentis perconia decerta sem.